Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Nam qui humilitatis eius vestigia sequi dedignatur qua teme
ritate sperat se ad intuenda claritatis eius posse gaudia
penetrare. Quod ergo dominus per annos cum parentibus in pascha hiero
solimam uenit humane nimirum est humilitatis indicium.
Hominis namque est ad offerenda deo sacrificia spiritualium
uota concurrere et auctorem suum orationibus lacrimisque
sibi conciliare perfusis. Fecit ergo dominus in hominibus homo
natus. quod faciendum hominibus per angelos imperauerat
deus. R. In columbe specie. V. Celi aperti. Secundum Lucam.
In illo t. Cum factus esset ihesus annorum duodecim.
ascendentibus illis in hierosolimam secundum consuetudinem
diei festi. consummatisque diebus cum redirent. reman
sit puer in ierusalem et non cognouerunt parentes
eius. Existimantes autem illum esse in comitatu. uenerunt
iter diei. et requirebant eum inter cognatos et notos.
Et non inuenientes. regressi sunt in ierusalem requi
rentes eum. Et factum est post triduum. inuenerunt illum
in templo sedentem in medio doctorum audientem illos
et interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum
audiebant. super prudentia et responsis eius. Et ui
dentes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili
quid fecisti nobis sic. Ecce pater tuus et ego dolentes
querebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me que
rebatis. Nesciebatis quia in his que patris mei sunt
oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt uerbum
quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis. et uenit na
zareth. et erat subditus illis. Et mater eius conserua
bat omnia uerba hec. in corde suo. Et ihesus proficiebat
sapientia et etate et gratia apud deum et homines.
Vota quesumus domine. In matutinis laudibus.
Antiphona Que in ordine suo occurrit. R. Reges tharsis. ymnus.
Hostis herodes impie. In evangelio. Antiphona. Cum factus esset ihesus an
norum duodecim ascendentibus illis in ierosolimam secundum